



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

De remissione peccatorum venialium in hac vita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



Alio modo, secundum aliquam affirmationem, secundum quod dicitur ille vitare peccatum veniale qui vult non peccare venialiter, & quia ista voluntas potest esse ex charitate, & ideo vitare peccatum veniale potest esse meritorium vite æternæ, sed peccare venialiter non repugnat charitati, unde non meretur poenam æternam.

Ad nonum dicendum, quod remissio venialis peccati in purgatorio quantum ad poenam est ex parte purgatorij, quia homo patiendo exsoluit quod debet, & ita cessat reatus: sed quantum ad culpam non remittitur per penam, neque secundum quod actum sustinetur, quia non est meritoria: neque secundum quod recogitur. Non enim esset motus charitatis quod aliquis deestaretur peccatum veniale propter penam: sed magis esset motus timoris servilis vel naturalis. Remittitur ergo in purgatorio veniale quantum ad culpam virtute gratiæ: non solum secundum quod est in habitu, quia sic compatitur veniale peccatum: sed prout exit in actum charitatis detestantis veniale peccatum.

Ad x. dicendum, quod nullus potest mereri remissionem futuram culpæ: potest tamen mereri statim purgatorij, in quo fit sibi culpa remissibilis.

Ad xi. dicendum, quod post mortem non erit aliquis motus novus voluntatis, qui non præcesserit in hac vita in aliqua radice vel natura vel gratia. Multi tamen actuales motus voluntatis erunt post hanc vitam, qui non sunt modo, quia alii etiam erunt secundum ea, quæ tunc cognoscuntur & experiuntur.

Ad xii. dicendum, quod quando antecedens & consequens alicuius conditionalis sunt simul, quicquid potest stare cum antecedente, potest stare cum consequente: sed quod non sunt simul, hoc non est necessarium. Sequitur enim si animal vivit, quod morietur: non tamen quicquid potest stare cum vita, potest stare cum morte: & similiter non quicquid potest stare cum gratia finali, potest stare cum gloria.

Ad xiii. dicendum, quod non oportet illud quod est medium quantum ad aliquid, esse medium quantum ad omnia. Status ergo purgatorij medius est quidem quantum ad aliqua, inter statum præsentis vite, & statum gloriæ, non tamen quantum ad hoc quod fit ibi culpa sine poena vel poena sine culpa.

Ad xiiii. dicendum, quod omnia sacramenta novæ legis sunt instituta ad conferendum gratiam. Non autem requiritur ad remissionem peccatorum venialium novæ gratiæ infusio, ut dictum est, & ideo nec extrema unctio; nec aliqd sacramentum novæ legis est principaliter institutum contra peccata venialia, licet per ea peccata venialia remittantur: sed est instituta extrema unctio ad reliquias peccatorum tollendas.

Ad xv. dicendum, quod licet ex corruptione corporis sit aliqua causa venialium, non tamen venialia sunt sicut in subiecto in corpore; sed in anima, unde non sunt dispositiones materiæ, sed formæ.

Ad xvi. dicendum, quod illa ratio non concludit, quod peccatum veniale in purgatorio non remittatur, sed quod statim ibi non remittatur, & hoc satis videtur probabile.

Ad xvii. dicendum, quod sicut iam dictum est, remissio culpæ non fit per poenam, sed per usum gratiæ, quæ est effectus divinæ misericordiæ.

ARTICULUS XII.

De remissione peccatorum venialium in hac vita.

DE OCTIMO QUÆRITUR de remissione peccatorum venialium in hac vita, utrum, si remittatur per aspersionem aquæ benedictæ, unctioem corporis, & huiusmodi, & videtur quod non. Conferre enim gratiam est proprium sacramentorum novæ legis: sed huiusmodi non dicuntur esse sacramenta, ergo non conferunt gratiam. Non ergo per ea fit remissio alicuius culpæ.

¶ 2. Præter. Peccatum mortale non potest stare simul cum gratia, cum qua tamen potest stare veniale, & sic infusio gratiæ sufficit ad remissionem peccati mortalis: non autem sufficit ad remissionem peccati venialis, videtur ergo quod plus requiritur ad remissionem peccati venialis quam ad remissionem peccati mortalis: sed per prædicta non potest remitti peccatum mortale, ergo multo minus peccatum veniale.

¶ 3. Præter. Peccatum veniale remittitur per actum charitatis: sed actus charitatis ex præmissis causari non potest, sed ab extrinseco procedit, ergo per prædicta peccatum veniale remitti non potest.

¶ 4. Præter. Huiusmodi æqualiter se habent ad omnia peccata venialia. Si ergo per ea remittitur unum peccatum veniale, pari ratione remittuntur omnia, & sic fit remittuntur quantum ad culpam, frequentissime illi qui sunt absque peccato mortali possunt dicere, Peccatum non habemus, quod est contra id, quod habemus prime Ioan. 1. & si per huiusmodi remittatur peccatum etiam quantum ad poenam, plurimi statim post mortem ad coelum evolabunt, purgatorij poenam non sentientes, quod videtur inconueniens, non ergo per prædicta peccata venialia remittuntur.

SED CONTRA est, quia nihil in Ecclesiæ observantijs agitur frustra: sed in benedictione aquæ fit mentio de remissione culpæ, ergo aliqua culpa per aspersionem aquæ benedictæ remittitur, non autem culpa mortalis, ergo venialis.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, per fervorem charitatis peccata venialia remittuntur, & ideo quæcumque nata sunt excitare fervorem charitatis, possunt causare remissionem peccatorum venialium. Actus autem charitatis ad voluntatem pertinet. Quæ quidem tripliciter ad aliquid inclinatur: aliquando quidem ex sola ratione aliquid demonstrante: aliquando autem ex ratione simul & aliquo interiori instinctu, qui est a causa superiori. Deo: aliquando autem cum hoc etiam ex inclinatione habitus inhaerentis. Sunt quidem quedam, quæ causant remissionem peccati venialis, in quantum inclinant voluntatem ad ferventem charitatis actum secundum tria prædicta, & sic per sacramenta novæ legis venialia peccata remittuntur: quia & ratio ea considerat, ut quædam salutare medicinas, & divina virtus in eis secretius operatur salutem, & etiam per ea confertur habitualis gratiæ donum. Quædam vero sunt, quæ causant remissionem venialis peccati secundum duo prædictorum. Non enim causant gratiam, sed excitant rationem ad aliquid considerandum, quod excitet charitatis fervorem, & et pie creditur, quod virtus divina interius operetur excitando dilectionis fervorem, & hoc modo aqua benedicta, benedictio pontificalis, & huiusmodi sacramentalia causant remissionem peccati venialis. Quædam vero sunt, quæ causant remissionem venialis peccati solummodo excitando charitatis fervorem, per modum considerationis, sicut oratio dominica, iunctio pectoris, & alia huiusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non est necessarium ad remissionem peccati venialis, quod nova gratia conferatur, & ideo potest peccatum veniale remitti per aliquid, quod non est sacramentum.

AD

Ar. præced.

In initio huius ar. posuit



QVAES. VIII. DE VITIIS CAPITALIBVS. ART. I.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ habenti vsum liberi arbitrij, non infunditur noua gratia sine feruore charitatis. vnde plura requiruntur ad remissionem peccati mortalis, quàm venialis.

AD TERTIVM dicendum, quòd prædicta causant feruorem charitatis ipsam voluntatem inclinando, vt dictum est.

12 corp. art.

AD QVARTVM dicèdū, q̄ quāuis hmōi æqualiter se habeant ad oīa peccata venialia: tamen feruor ab eis excitatus nō æqualiter temper se hēt ad oīa: sed quādoq; respicit aliqua in speciali, & contra ea efficacius operatur. & si in generali respiciat ea, potest contingere q̄ non habet eundem effectum in omnibus, eo q̄ affectus hominis aliquādo habitualiter est inclinatus ad aliqua peccata venialia committēda, ita. q̄ si in memoria haberentur, non displicerent, vel forte si oportunitas adesset committerentur. & raro contingit hoīes in hac mortali vita viuētes, ab hmōi affectibus liberos esse. vnde nō possumus fiducialiter dicere, Peccatum non habemus. Etsi etiā homo ad horā per hmōi remedia, ab omnibus venialibus immunitatem consequatur quantum ad culpam: non tamen sequitur q̄ sit liberatus quantum ad totā poenā, nisi forte sit tantus feruor dilectionis, q̄ sufficiat ad totius poenæ remissionem.

QVÆSTIO VIII.

De vitij capitalibus.

In quatuor articulos diuisa.

- ¶ Primo enim queritur, Vtrum sint tātum septem capitalia vitia.
- ¶ Secundo, Vtrum superbia sit speciale peccatum.
- ¶ Tertio, Vtrum superbia sit in vi irascibili.
- ¶ Quarto, Vtrum conuenienter assignentur species superbie.

ARTICVLVS I.

Vtrum sint tantum septem capitalia vitia.



QVÆSTIO est de vitij capitalibus. & primo queritur de numero vitiorum capitalium, quor & quæ sunt. & videtur q̄ sint septem. Dicit enim Greg. 31. Moral. Septem sunt principalia vitia. scilicet gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria.

Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplaribus, i. nouis autē ca. 17.

SED CONTRA, capitalia vitia videntur dici ex quibus alia oriuntur: sed omnia vitia oriuntur ex vno vitio vel ex duobus. Dicitur enim 1. ad Tim. 6. Radix omnium malorum cupiditas. & Eccles. 10. dī. Initiū omnis peccati superbia. ergo non sunt septem vitia capitalia. sed dicendum q̄ Apostolus ibi loquitur de cupiditate, non secundum q̄ est speciale peccatum: sed secundum q̄ importat quandam generalem inordinationem concupiscentiæ.

¶ 2 Sed contra, cupiditas prout est speciale peccatum, est inordinatus appetitus diuitiarum, qui auaritia dicitur: sed de tali cupiditate ibi loquitur Apostolus, quòd patet ex hoc quòd ibidem dicit, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli. ergo cupiditas, quæ est radix omnium malorum, est speciale peccatum.

11. 5. in Lu. in tit. de sermone Iesu & proborū hereticū. a medio illi som. 5.

¶ 3 Præt. Vitia virtutibus opponuntur: sed solum sunt quatuor virtutes cardinales, vt Ambrosius dicit super illud Luc. 6. Beati pauperes. ergo non sunt nisi quatuor vitia capitalia.

¶ 4 Præt. Ex illo peccato vñ aliud exoriri, ad cuius finē aliud peccatum ordinatur: sicut si aliquis adquirendum pecuniam mentitur, mendacium auaritia oritur: sed ad finem cuiuslibet vitij quod ber vitia ordinari possunt. ergo unum vitium magis est capitale, quàm aliud.

¶ 5 Præt. Ea quorū vñ naturaliter ex altero oriri nō possunt poni æque principalia: sed inuidia naturaliter ex superbia oritur. ergo inuidia nō debet poni vitium capitale conuiuium superbie.

¶ 6 Præt. Illa videtur esse principalia vel capitalia vitia, quæ habent fines principales: sed si accipiuntur propinqui fines vitiorū multo plures sunt, q̄ septem.

G

Si autē remoti fines accipiantur, non distinguuntur gula a luxuria, quorū utrumque ad delectationem carnis ordinatur tāquā ad finē remotum. Nō expōnēnter assignantur septem vitia capitalia.

¶ 7 Præt. Hæresis est quoddam vitium. sed in eo g. currit hæresis ex pura ignorātia, nō causatur nisi ex aliquo peccatorum vitiorum. ergo aliquod vitium est quod non oritur ex præmissis, & sic sufficiens assignantur principalia vitia.

¶ 8 Præt. Contingit aliquid peccatum ex bonitate intentione oriri, ut patet in eo qui furatur vt det elemosynam: sed tale peccatum non procedit ex aliquo peccatorum vitiorum. ergo ex præmissis vitis non oriuntur omnia peccata.

H

¶ 9 Præt. Gula vñ ordinari ad delectabile gustus, luxuria vero ad delectabile tactus: sed etiā in aliis sensibus sunt quædam delectabilia. ergo debent accipi principalia vitia secundum alios sensus.

¶ 10 Præt. Oīa peccata ad unum appetitum pertinent videntur, quia voluntas est qua peccatur. Accidit vniuersum, ut Aug. dicit: sed motus appetitus naturalis est ab anima ad res. In rebus autem non mouetur nisi bonum & malum, ut dicitur in 6. Meta. ergo sola duo vitia debent esse capitalia, vnum respectu boni, & aliud respectu mali.

I

¶ 11 Præt. Voluntas, ad quā pertinet peccatum, dicitur petitus intellectus, qui vñ esse rerum in abstracto, h. eo q̄ sequitur apprehensionē intellectus quæ vniuersalium: sed vniuersalia in genere appetuntur sunt bonum & malū, quæ non sunt in genere, sed sunt genera aliorum, ut dī in Prædicamentis: ergo vitia capitalia non debent distinguī secundū alia particularia bona, vel mala: sed solum in genere, ut sint duo secundum differentiam boni, & mali.

¶ 12 Præt. Malum pluribus modis contingit quod bonum: quia bonum contingit ex vna & tota causa, malum autem ex singularibus defectibus, ut 2. ny. dicit 4. capite de diu. nomi. sed videtur quod peccata capitalia sumi secundum aliquem ordinem ad bonum, sicut gula & luxuria respiciunt bonum delectabile, auaritia bonum utile, superbia bonum honestum, quia bonis operibus insidiatur ut pereant, ut August. dicit. ergo alia vitia capitalia debent esse plura quàm tria.

K

¶ 13 Præt. Diuersorum generum diuersa sunt principia, ut dicitur in 11. Meta. sed finis in operabilibus & appetibilibus est sicut principium in speculabilibus, ut dicitur in 7. Ethico. ergo non possunt diuersa genera vitiorum reduci in finem vnius vitij, & in vno vitio non possunt plura oriri.

¶ 14 Præt. Si vñ vitium ex alio oritur, quasi ad finem ordinatum, sequeretur q̄ idem sit finis vitij, quæ vitij. Aut ergo secundum eandem rationem, vt secundum aliam & aliam. Si secundum aliam rationem